



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Viator Christianvs Recta Ac Regia in coelum Via tendens**

Soliloquium Animae. Vallis Liliorum. De Tribus Tabernaculis. Gemitus & suspiria animæ pœnitentis, seu de Vera Compunctione Cordis. Cohortatio ad Spiritualem profectum

**Thomas <von Kempen>**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

XX. De paupere & infirmo Lazaro.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53320](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53320)

## CAP. XX. De paupere &amp; infirmo Lazaro,

**E**Go sum pauper & dolens, *Psal. 68:*  
Deus adiuva me.

Hæc vox pauperis & infirmi, ad Deum suspirantis pro regno Dei.

O pauper & infirme sustine patienter per modicum tempus dolores corporis, & penuriam in cibis & vestibus, quia non diu hic eris, & dolebis.

Dura feg-  
patien-  
ter.

Gratias age Deo; quia levius est modò flagellari cum pauperibus & debilibus, quàm postea cruciari in inferno cum fortibus & divitibus.

Memor  
pœnarum  
inferna-  
lium;

Recordare malorum tuorum præteritorum, quibus Deum & proximum sæpè offendisti; & sustine virgam Domini in remissionem peccatorum tuorum, de quibus non plene pœnituisti nec satisfecisti.

Et pecca-  
torum  
tuorum;

Memento etiam pro consolatione tua, omnium gravium dolorum & sanctorum vulnerum Christi; quia multa & graviora ipse flagella pro te sustinuit.

Imo Christi  
pro te  
patientis;

*Luca 10.*

Lazari quoque ad tēpus afflicti, æternum, beati.

Et vide quid eligas, Lazari fortem, an Epulonis.

Memento quoque pro alleviatione tua, pauperis & ulcerosi Lazari, post mortem in sinum Abrahamæ læte recepti, & pavescerentem delicati divitis, post convivia sua in inferno sepulti, unde nunquam poterit liberari.

Vide nunc, quid potius eligendum sit tibi, an pati modicum & egere cum Lazaro infirmo, & gaudere semper cum Christo; an deliciari breviter superflue cum divite sano, & subito mori, & sepeliri in inferno, & ardere jugiter cum diabolo? Intelligenti satis dictum est paucis verbis.

2. Beatus, qui intelligit, & emendat se tempestive de omnibus malis suis, ne damnetur cum impiis, duris verberibus cruciandus.

Quem enim modo sæva verba non compungunt, nec corrigunt, postea sæva verbera sine fructu lacerabunt, nec unquam torquere cessabunt.

Ab his malis liber est Lazarus pauper & infirmus, ab Angelis sanctis in sinum Abrahamæ lætissime portatus.

Audi

Audi adhuc multa beneficia Dei, huic pauperi Lazaro misericorditer ostensa.

Non habuit (ut existimo) amicos divites se visitantes, nec aliquos servos aut socios sibi fervientes; sed (sicut dicit Jesus) *caros ad eum veniebant, & lingebant ulcera ejus.* Ipsi soli in tanta miseria, pro solatio sunt relictī.

Et quid miserabilius, quam hominem humano solatio destitui, & bestiis consolandum relinquī?

Nec tamen ex ore pauperis impatientia sonuit, aut vox murmuris; sed potius gratiarum actio, & vox laudis.

Sed cui negabat humana impietas solatium, brutorum feritas mansuete exhibuit obsequium.

Tu ergo infirme ne murmura veris, si ad horam inconsolatus relinqueris, & infirmitatum stimulis agiteris; sed cogita tibi, ex divina misericordia dispensante, id evenire; ut hic sectus, hinc utilis, non pereas.

Ipsē fortē in minutissimis peccatis

En beneficia pauperi Lazaro praestita:

Ejus exemplo infirmitates & adversa fer patienter.

satis, tu autem in gravissimis crebrius offendisti.

Patenter ergo dolores infirmitatum sustine, & te derelictum interdum ab hominibus gaude, ut cum Lazaro merearis cœlestis regni januam introire.

CAP. XXI. *De claro intellectu sacra Scriptura.*

*Psal. 118.*

**D**eclaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis.

*Vfus S. Scripturae quis.*

Quaecumque in lege veteri & nova scripta sunt, ad doctrinam animæ nostræ scripta sunt; ut Deo fideliter serviamus, odiendo malum, & adhærendo Deo, Summo Bono, corde puro, integro, & perfecto, hic & in futuro.

*Ad intelligentiã ejus quo modo perveniendum.*

Quæ igitur ignoras, humiliter quære; & quæ non bene intelligis pete reverenter à doctioribus tibi declarari. Nam declaratio sermonum Dei illuminat corda parvulorum.

Si non potes adhuc altiora capere, tunc parva cum parvulis discite, sicut Dominus Jesus dicit:

*Matt. 18.*

*Sinite parvulos venire ad me, talium est enim regnum cœlorum.*

*Quæ*